710 p 212 "Nam in his quae omnino sunt separata a materia, idem est res et quod quid est eius." In 429b 10 ff with referende to Met VII.
add 711-718

713 p 213 "Cognoscit enim naturam speciei, sive quod quid est, directe extendendo seipsum, ipsum autem singulare per quamdam reflexionem, in quantum reddit super phantasmata, a quibus species intelligibiles abstrahuntur." 429b 15-17

714 p 213 "Haec enim mathematica habent materiam, sicut et naturalia. Rectum enim mathematicum est, simum autem naturale. Ratio enim recti est cum continuo, sicut ratio simi cum naso. Continuum autem est materia intelligibilis, sicut simum materia sensibilis. Unde manifestum est quod aliud est in mathematicis res, et quod quid erat esse, ut rectum et recto esse, unde oportet quod alio cognoscat quod quid erat esse horum et alia-ipsa alia-(? alio) ipsa. # Et supponamus ad praesens, exempli causa, cum Platone quod dualitas sit quod quid erat esse lineae rectae. Plato enim ponebat, quod numeri erant species, et quidditates mathematicorum, puta unitas lineae, dualitas lineae rectae, et sic de aliis. Oportet igitur quod anima alio cognoscat ipsa mathematica, et quidditates eorum, aut eodem aliter se habente. Unde sicut per naturalia ostenditur quod intellectus qui cognoscit quidditates naturalium, sit alius a sensu qui cognoscit ipsa naturalia singularia, ita ex mathematicis ostenditur quod intellectus qui cognoscit quod quid est ipsorum sit aliud ab imaginativa virtute quae apprehendit ipsa mathematica." in 429b 18-21

In III de Anima, lect. 8, §§711-18 (III, 4, 429b 10ff)

§711. Et quia ad diversa cognoscenda diversae potentiae cognoscitivae requiruntur, concludit quod anima aut cognoscit alio rem et alio eius quidditatem, aut uno et eodem sed alio modo se habente. Manifestum est autem quod caro non est sine materia: sed forma carnis est forma determinata et in materia determinata sensibili: sicut etiam simul habet subiectum simul-habet-sub sensibile determinatum, scilicet nasum. Hanc igitur naturam sensitivam cognoscit anima per sensum....

§712. Sed oportet quod alia potentia "discernit esse carni," id est quod quid est carnis. Sed hoc contingit dupliciter: uno modo sic quod ipsa caro vel quidditas carnis cognoscantur potentiis/omnino abinvicem diversis: puta quod potentia intellectiva cognoscitur quidditas carnis, potentia sensitiva cognoscitur caro; et hoc contingit quando anima per se cognoscit naturam-speciei singulare et per se cognoscit naturam speciei. Alio modo contingit, quod cognoscitur caro, et quod quid est carnis: non quod sit alia et alia potentia: sed quia una et eadem potentia, alio et alio modo, cognoscit carnem et quod quid est eius: et illud oportet esse quum anima comparat universale ad singulare. Sicut enim supra dictum est quia non possemus sentire differentiam dulcis et albi, nisi esset una potentia sensitiva communis quae cognosceret utrumque, ita etiam non possemus cognoscere comparisonem universalis ad particulare, nisi esset una potentia quae cognosceret utrumque. Intellectus igitur utrumque cognoscit, sed alio et alio modo.

§713. Cognoscit enim naturam speciei, sive quod quid est, directe extendendo se ipsum, ipsum autem singulare per quamdam reflexionem, in quantum redit super phantasmata, a quibus species intelligibiles abstrahuntur. Et hoc est quod dicit, quia sensibilo cognoscit carnem, "alio" id est alia potentia "discernit esse carni" id est quod quid est carnis "aut separata" puta cum caro cognoscitur sensu, et esse carnis [esse carni] intellectu, aut eodem aliter se habente, scilicet "sicut circumflexa se habet ad seipsam" anima intellectiva cognoscit carnem; quae "cum extensa sit cognoscit esse carni" id est directe apprehendit quidditatem carnis; per reflexionem autem, ipsam carnem.

§714. Deinde cum dicit "iterum autem"

Quod supra dixerat in naturalibus exponit in mathematicis: dicens quod iterum in his quae sunt per "abstractionem" id est in mathematicis, quorum ratio abstrahit a materia sensibili, rectum se habet sicut simum. Haec enim mathematica habent materiam...

Other sheet to end of §715.

§717. Apparet autem ex hoc quod Philosophus hic dicit, quod proprium obiectum intellectus est quidditas rei, quae non est separata a rebus, ut Platonici posuerunt. Unde illud quod est obiectum intellectus nostri non est aliquid extra res sensibiles existens...

Unde et intellectus potest apprehendere aliquam formam absque individuantibus principiis, non tamen absque materia, a qua dependet ratio illius formae: sicut non potest intelligere simum sine naso, sed potest curvum sine naso intelligere. Et quia hoc non distinxerunt Platonici, posuerunt quod mathematica et quidditates rerum sunt separatae in esse, sicut sunt separatae in intellectu.

706

practis/

p 211 Hoc autem contingit in omnibus habentibus formam in materia, quod in eis est aliquid principia speciei. Nam natura speciei individuatur per materiam; unde principia individuantia, et accidentia individui sunt praeter essentiam speciei. Et ideo contingit sub una specie inveniri plura individua; quae licet non differant in natura speciei, differunt tamen secundum principia individuantia. Et propter hoc in omnibus habentibus formam in materia, non est omnino idem res et quod quid est eius. Socrates enim non est sua humanitas. In his vero quae non habent formam in materia, sicut sunt formae simplices, nihil potest esse praeter essentiam speciei: quia ipsa forma est tota essentia. Et ideo in talibus non possunt esse plura individua unius speciei, nec potest in eis differre

707

res et quod quid est eius. # Considerandum est etiam, quod non solum naturalia habent speciem in materia, sed etiam mathematica. Est enim duplex materia, scilicet sensibilis, a qua abstrahunt mathematica, et concernant eam naturalia, et intelligibilia (? intelligibilis), quam mathematica concernunt. Quod quidem sic intelligendum est. Manifestum est enim, quod quantitas immediate inhaeret substantiae, qualitates autem sensibiles in quantitate fundantur, ut album et nigrum, calidum et frigidum. Remoto autem posteriora, remanet prius; unde, remotis qualitatibus sensibilibus secundum intellectum, adhuc remanet quantitas continua

708

in intellectu. # Quaedam ergo sunt formae, quae materiam requirunt sub determinata dispositione sensibilium qualitatum, et huiusmodi sunt omnes formae naturales, et ideo naturalia concernunt materiam sensibilem. Quaedam vero sunt formae, quae non exigunt materiam sub determinata dispositione sensibilium qualitatum, tamen requirunt materiam sub quantitate existentem sicut triangulus et quadratum et huiusmodi, et haec dicuntur mathematica et abstrahunt a materia sensibili sed non a materia intelligibili, inquantum in intellectu remanet continua quantitas abstracta a sensibili qualitate. Sic ergo patet, quod sicut naturalia habent formam in materia, ita et mathematica: et propter hoc tam in naturalibus quam in mathematicis differt res et quod quid est; unde in utrisque inveniuntur plura individua sub una specie; sicut enim sunt plures homines unius speciei, ita et plures trianguli sub una specie. # His igitur habitis, planum est accipere ex littera Philosophi intellectum.

709

NB sicut "intellectus" dicitur ultima linea, ita supra. (= meaning, ratio)

716

P 213 f -- Unde illa quae sunt secundum esse separata a materia sensibili, solo intellectu percipi possunt; quae autem non sunt separata a materia sensibili secundum esse, sed secundum rationem, intelliguntur absque materia sensibili, non autem absque materia intelligibili. naturalia vero intelliguntur per abstractionem a materia individuali, non autem per abstractionem a materia sensibili totaliter. Intelligitur enim homo, ut compositus ex carnibus et ossibus, per abstractionem tamen ab his carnibus et his ossibus. Et inde est quod intellectus non cognoscit directe singularia, sed sensus vel imaginatio.

717 p 214 Apparet autem ex hoc quod philosophus hic dicit quod proprium obiectum intellectus est quidditas rei, quae non est separata a rebus, ut Platonici posuerunt. *vide supra 2^{pa}*

Lect IX

Lect IX

722 p 216 Intellectus igitur dicitur pati, in quantum est quodammodo in potentia ad intelligibilia, et nihil est actu eorum antequam intelligat. 429b 30f. Oportet uatem hoc sic esse, sicut contingit in tabula in qua nihil est actu scriptum, sed plura possunt in ea scribi 430a 1. Et hoc etiam accidit intellectui possibili, quia nihil intelligibilium est in eo actu sed potentia tantum 430a 2.

723 * Et per hoc excluditur tam opinio antiquorum naturalium, qui ponebant animam compositam ex omnibus ut intelligeret omnia, quam etiam opinio Platonis, qui posuit naturaliter animam humanam habere omnem scientiam, sed esse eam quodammodo oblitam, propter unionem ad corpus, dicens quod addiscere nihil aliud est quam reminisci.

724 p 216 Dicet ergo primo quod intellectus possibilis est intelligibilis non per suam essentiam sed per aliquam speciem intelligibilem sicut et alia intelligibilia. Quod probat ex hoc quod intellectum in actu et intelligens in actu sunt unum, sicut et supra dixit, quod sensibile in actu et sensus in actu sunt unum (III lect 2; 425b 25 ff) Est autem aliquid intelligibile in actu per hoc quod est in actu a materia abstractum: sic enim supra dixit quod sicut res sunt separabiles a materia, sic sunt et quae sunt circa intellectum (429b 21f). Et ideo hic dicit quod in his quae sunt sine materia, id est si accipiamus intelligibilia actu, idem est intellectus et quod intelligitur, sicut idem est sentiens in actu et quod sentitur in actu. ipsa enim scientia speculativa et sic scibile, id est scibile in actu, est idem. 430a 2-5. Species igitur rei intellectae in actu, est species ipsius intellectus, et sic per eam seipsum intelligere potest. Unde et supra Philosophus per ipsum intelligere et per illud quod intelligitur, scrutatus est naturam intellectus possibilis. Non enim cognoscimus intellectum nostrum nisi per hoc quod intelligimus nos intelligere 430a 2f) kai autos de noatos estiw wspan ta noeta.

725 p 217 *sim interruptum* Accidit autem hoc in intellectu possibili, quod non intelligatur per essentiam suam, sed per speciem intelligibilem, ex hoc quod est in potentia tantum in ordine intelligibilium... nihil intelligitur nisi secundum quod est in actu (Met 9 *lecto #1888-94*... #Deus autem, qui est purus actus in ordine intelligibilium, et aliae substantiae separatae, quae sunt mediae inter potentiam et actum, per suam essentiam et intelligunt et intelliguntur.

726

429a 14f kai estiv 'o men toioutos vous twi panta ginesthai,
o de twi panta poiein, 'ws 'exis tis, 'oion to phws; tropox gar tima
kai to phws poiei ta duvamei ovta khrrwmata ewergeia khrrwmata

L218 #729 'ws 'exis tis: Huius autem verbi occasione, quidam posuerunt
intellectum agentem idem esse cum intellectu, qui est habitus
principiorum. Quod esse non potest, quia intellectus, qui est
habitus principiorum, praesupponit iam aliqua iam intellecta
in actu, scilicet terminos principiorum, per quorum intelligentiam
cognoscimus principia, et sic sequeretur, quod intellectus agens
non faceret omnia intelligibilia in actu, ut hic Philosophus dicit.

L220 ... unde non videtur possibile quod

737 non enim videtur possibile, idem respectu eiusdem posse
esse in potentia et in actu; unde non videtur possibile, quod
intellectus agens et possibilis conveniat in una substantia animae.

738 ... Est enim intellectus possibilis in potentia ad intelligibilia
sicut indeterminatum ad determinatum. Nam intellectus possibilis
non habet determinate naturam alicuius rerum sensibilium.
Unumquodque autem intelligibile est aliqua determinata natura a
alicuius speciei. Unde supra dixit quod intellectus possibilis
comparatur ad intelligibilia sicut tabulæ ad determinatas picturas.

739 Quantum autem ad hoc intellectus agens non est in actu. Si enim
intellectus agens haberet in se determinationem omnium intelli-
gibilium, non indigeret intellectus possibilis phantasmatis,
sed per solum intellectum agentem reduceretur in actum omnium
intelligibilium, et sic non compararetur ad intelligibilia ut
faciens ad factum, ut Philosophus hic dicit, sed ut existens
ipsa intelligibilia. Comparatur igitur, ut actus respectu
intelligibilium, in quantum est quaedam virtus animæ immaterialis
activa, potens alia similia sibi facere, scilicet immaterialia.
Et per hunc modum ea quae sunt intelligibilia in potentia
facit intelligibilia in actu. Sic enim et lumen facit colores
in actu, non quod ipsum habeat in se determinationem omnium
colorum. Huiusmodi autem virtus activa est quaedam participatio
luminis intellectualis a substantiis separatis. Et ideo dicit
Philosophus quod est sicut habitus vel lumen, quod non competeret
dici de eo si esset substantia separata.

740 430a 20 to de auto estiv 'n kat' ewergelav epistamn twi pragmati
p 221 quod scientia in actu est idem rei scitæ.

740 430a 21 'in de kata duvamiv khronwi protera ev twi 'evi, 'olws de ou khronwi
p 221 Sed universaliter loquendo etiam tempore actus est prior.
Nam quod in potentia est, non reducitur in actum, nisi per aliquod
quod est actu. Et sic etiam de potentia sciente non fit aliquis
actu sciens, inveniendò, neque discendo, nisi per aliquam scientiam
præexistentem actu, quia omnis doctrina et disciplina intellectiva
fit ex præexistente cognitione, ut dicitur in primo Posteriorum.
This is similar to De Ver but corrected in Comm in An Post.

745 430a 24f 'o de pathntikos vous phthartos, kai aneu toutou outhen voei
p 222. Passivus vero intellectus corruptibilis est, id est
pars animæ quæ non est sine prædictis passionibus est corruptibilis;
pertinent enim ad partem sensitivam. Tamen hæc pars animæ dicitur
intellectus, sicut et dicitur rationalis, in quantum aliquo modo
participat rationem, obediendo rationi, et sequendo motum eius

Comm de Anima

p 222

745

ut dicitur in primo Ethicorum. Sine autem hac parte animae corporali, intellectus nihil intelligit. Non enim intelligit aliquid sine phantasmate sicut infra dicetur.

Arist, De Anima III, 6; 430a 26ff

'n men ouv twv adiairetwv vonsis en toutois, peri 'a ouk
esti to pseudos; en de-teis 'ois de kai to pseudos kai to alnthes,
sunthesis tis ndn vonmatwv 'wspw 'ex ovtwv,... 'oiov to asummetrov
kai 'n diametros

746 Aq III lect 11, p 222 Dicit ergo primo quod una operationum
intellectus est secundum quod intelligit indivisibilia, puta cum
intelligit hominem vel bovem aut aliquid huiusmodi incomplexorum.
Et haec intelligentia est in his circa quae non est falsum, tum
quia incompleta non sunt vera neque falsa, tum quia intellectus non
decipitur in eo quod quid est ut infra dicitur.

747 Sed in illis intelligibilibus in quibus est verum et falsum,
iam est quaedam compositio intellectuum, id est rerum intellectarum,
sicut quando ex multis fit aliquid unum.... Sicut ergo Empedocles
posuit quod amicitia composuit multas partes, et constituit ex eis
unum animal, ita et intellectus multa incompleta prius separata
componit, et facit ex eis unum intellectum, in qua compositione
749 quandoque est veritas quandoque falsitas... Symmetrum et diametrum
aliquando separatim et seorsim intellectus intelligit, et tunc sunt
duo intelligibilia. Quando autem componit, fit unum intelligibile
et simul intelligitur ab intellectu....

751 Arist. 430b 5f to de 'en poiouv, touto 'o vouw 'ekastov
p 224 Considerandum est autem quod compositio propositionis non
est opus naturae sed est opus rationis et intellectus. Et ideo
subiungit quod illud quod facit unumquodque intelligibilium,
componendo ex intelligibilibus propositiones, hoc est intellectus.
Et quia verum et falsum consistit in compositione, ideo dicitur
in sexto Metaphysicorum quod verum et falsum non est in rebus sed
in mente.

430b 26ff esti d' 'n men phasis ti kata tivov, 'wspw 'n kataphasis,
kai alnthes 'n pseudos pasa; 'o de vouw ou pas all 'o tou ti esti
kata to ti nv eival alnthes, kai ou ti kata tivov; all 'wspw to
'orav tou idiou alnthes, ei d' anthrwpos to leukov n mn, ouk alnthes
aei, outws ekhei 'osa aveu 'ulns.

761 p 227--Et ideo subdit quod intellectus, qui est ipsius qui est secundum
hoc quod aliquid erat esse, scilicet secundum quod intelligit quid
est res (? causa formalis rei), verus est semper, et non secundum
quod intelligit aliquid de aliquo. Et huius rationem assignat, quia

762 quod quid est, est primum obiectum intellectus, unde sicut visus
nunquam decipitur in proprio obiecto, ita neque intellectus in
cognoscendo quod quid est... Sed sicut visus non semper est verus
in iudicando de his quae sunt adiuncta proprio obiecto, puta si album
est homo, vel non, sic intellectus non semper est verus in componendo
763 aliquid alicui.... Et ... unde in illis in quorum definitione
nulla est compositio, non contingit esse deceptionem, sed oportet
ea vel intelligere vere, vel nullo modo, ut dicitur in non-Metaph.

761 Sed licet ipsum intelligibile incomplectum non sit neque verum
neque falsum, tamen intellectus intelligendo ipsum verus est
inquantum adaequatur rei intellectae. Et ideo subdit... (as just above).

Operatio

De Anima III, 7; 431a 6-8; Aq III lect xii, init.

765

Primo ostendit qualis sit motus sensus. Secundo assimilat motum intellectus motui sensus.... Non enim agit sensibile in sensum sicut contrarium in suum contrarium, ut aliud ab eo abiciat transmutando, et alterando ipsum, sed solum reducit eum de potentia in actum. Et hoc est quod subdit, ~~quod-sensitivam-neque~~ patitur....[#] Et quia motus qui est in rebus corporalibus, de quo determinatum est in libro Physicorum est de contrario in contrarium, manifestum est quod sentire, si dicatur motus, est alia species motus ab ea de qua determinatum est in libro Physicorum. Ille enim motus est actus existentis in potentia, quia videlicet recedens ab uno contrario, quamdiu movetur non attingit alterum contrarium, quod est terminus motus, sed est in potentia ad ipsum. Et quia omne, quod est in potentia, in quantum huiusmodi, est imperfectum, ideo ille motus est actus imperfecti. Sed iste motus est actus perfecti; est enim operatio sensus iam facti in actu, per suam speciem. Non enim sentire convenit sensui, nisi in actu existenti, et ideo iste motus simpliciter est alter a motu physico. Et huiusmodi motus dicitur proprie operatio, ut sentire et intelligere et velle. Et secundum hunc motum anima movet seipsam, secundum Platonem, in quantum cognoscit et amat seipsam.

766

Realist: seeing this: actus, perfectio, received in potentia visiva and limited by it and as well by a species of the "this"

Naive realist: consists in bringing back k analytic knowledge to the level of sense or imagination (cf in Boet de Trin); hence problem of bifurcation of nature; nature as given to the senses, nature as analysed by science, and nature as imagined (eg atoms).

Hence to imagine knowledge is to imagine some operation proceeding from the act of knowing upon the object, the way heat moves from the fire to the kettle, but with all the imperfections removed.

Song and dance in Cajetan who resists; in John of St. Thomas who has no difficulty, swallows absurd with great solemnity and mysteriousness.

Operatio in further sense of "operatio effectus" I-II 111 2

De Anima, III, 7; 431a 1ff; Aq III lect 12

431a 14f tni de diavontikni psukhni ta phantasmata 'oion
aisthmata 'uparkhei

770 Dicet ergo primo quod phantasmata se habent ad intellectivam partem
animae, sicut sensibilia ad sensum. Unde sicut sensus movetur a
sensibilibus, ita intellectus a phantasmatibus. p 230

772 431a 16 dio oudepote voei aveu phavtasmatos n psukhn
-- concludit ulterius quod si phantasmata se habent ad
animam intellectivam, sicut sensibilia ad sensum, sicut sensus
non potest sentire sine sensibili, ita anima non potest intelligere
sine phantasmate. p 230

777 431b 2 ta mex ouv eidn to vontikon ev tois phavtasmasi voei
concludens ex praedictis quod pars animae intellectiva
intelligit species a phantasmatibus abstractas. p 231

781 431b 12ff
p 232 **Ex** Quia dixerat Philosophus quod nequaquam sine phantasmate
intelligit anima, phantasmata autem a sensu accipiuntur, vult ostendere
quomodo intellectus noster intelligit ea quae sunt a sensibus
separata... Primo ostendit quomodo intelligit mathematica quae a
materia sensibili abstrahuntur... Circa primum considerandum est,
quod eorum quae sunt in rebus coniuncta, contingit unum sine altero
intelligi, et vere, dummodo unum eorum non sit in ratione alterius.
Si enim Socrates est musicus et albus, possum intelligere albedinem,
nihil de musica intelligendo. Non autem possum intelligere hominem
nihil intelligendo de animali, quia animal est in ratione hominis.
Sic ergo separando secundum intellectum quae sunt secundum rem
coniuncta modo praedicto, non contingit falsitas. ~~xx~~ Si autem
782 intellectus intelligat ea quae sunt coniuncta esse separata,
esset intellectus falsus, ut puta in praedicto exemplo si diceret
musicum non esse album. Ea vero quae sunt in sensibilibus abstrahit
intellectus, non quidem intelligens ea esse separata, sed separatim
vel seorsim ea intelligens. Et hoc est quod dicit, quod intellectus
intelligit ea quae sunt dicta per abstractionem, scilicet mathematica,
hoc modo: sicut dum intelligit simum secundum quod est simum,
non intelligit separate, id est seorsim simum a materia sensibili,
quia materia sensibilis, scilicet nasus, cadit in definitione simi.

783# Si autem intellectus intelligit aliquid in actu, in quantum est curvum
sine carne, intelligit in quantum est curvum. Non quidem quod intelligat
curvum esse sine carne, sed quia intelligit curvum non intelligendo
carnem. Et hoc ideo quia caro non ponitur in definitione curvi.
Et sic intellectus intelligit omnia mathematica separate, tanquam
si essent separata, quamvis non sint separata secundum rem.

784# Non autem sic intelligit naturalia, quia in definitione naturalium
ponitur materia sensibilis, non autem in definitione mathematicorum.
Abstrahit tamen circa naturalia intellectus universale a particulari,
simili modo, in quantum intelligit naturam speciei sine principis
individuantibus, quae non cadunt in definitione speciei. Et omnino
intellectus in actu est res intellecta, quia sicut res in sui
ratione habent materiam vel non habent, sic ab intellectu
percipiuntur. Et quia hunc modum abstractionis Plato non consideravit,
coactus fuit ponere mathematica et species separatas, loco cuius
ad praedictam abstractionem faciendum Aristoteles posuit intellectum
agentem. -

Ambiguity of "intelligere": intelligens ea esse, intelligens ea.
Intellectus in actu est res intellecta: non the quidditas but the quid
is called the intellect in act, not incept but concept.

787

431b 21 'n psukhn ta ovta pws esti panta k. t. l.

... omnia quodammodo est anima. Omnia enim quae sunt, aut sunt sensibilia, aut intelligibilia; anima autem est quodammodo omnia sensibilia et intelligibilia, quia in anima est sensus et intellectus sive scientia. Sensus autem est quodammodo ipsa sensibilia, et intellectus intelligibilia, sive scientia scibilia.

b 23ff

788

Et qualiter hoc sit oportet inquirere. Sensus enim et scientia dividuntur in res, id est dividuntur in actum et potentiam quemadmodum et res; ita tamen quod scientia et sensus quae sunt in potentia ad sensibilia et scibilia, se habent ad scibilia et sensibilia, quae sunt in potentia; scientia vero et sensus quae sunt in actu, ordinantur in sensibilia et scibilia quae sunt in actu, sed tamen diversimode. Nam sensus in actu et scientia vel intellectus in actu, sunt scibilia et sensibilia in actu. Sed potentia animae sensibiliae et id quod scire potest, id est potentia intellectiva, non est ipsum sensibile vel scibile, sed ~~in~~ est in potentia ad ipsa. Sensitivum quidem ad sensibile, quod autem scire potest, ad scibile. Relinquitur igitur quod anima quodammodo sit omnia.

b 28ff

789

... Ostendit quod alio modo est omnia quam antiqua posuerunt, et dicit quod si anima est omnia, necesse est quod sit vel ipsae res scibiles et sensibiles, sicut Empedocles posuit.... aut sit species (eids) ipsorum. Non autem anima est ipsae res, sicut illi posuerunt, quia lapis non est in anima, sed species lapidis. Et per hunc modum dicitur intellectus in actu, in quantum species intellecti est species intellectus in actu.

a 1ff

790

Ex quo patet quod anima assimilatur manui. Manus enim est organum organorum, quia manus datae sunt homini loco omnium organorum quae datae sunt aliis animalibus ad defensionem vel impugnationem vel cooperimentum. Omnia haec homo sibi manu praeparat. Et similiter anima data est homini loco omnium formarum, ut sit homo quodammodo totum ens, in quantum secundum animam est quodammodo omnia, prout eius anima est receptiva omnium formarum. Nam intellectus est quaedam potentia receptiva omnium formarum intelligibilium, et sensus est quaedam potentia receptiva omnium formarum sensibilibus.

a3-10

791

n psukhn wspan n kheir estin; kai gar n kheir orgavov orgavwv, kai o vous eidos eidwv, kai n aisthnsis eidos aisthntwv 432a 1-3
... Quia dixerat quod intellectus est quodammodo intelligibilis sicut sensus sensibilis, posset aliquis credere quod intellectus non dependeret a sensu. Et hoc quidem verum esset si intelligibilia nostri intellectus essent a sensibilibus separata secundum esse, ut Platonici posuerunt. Et ideo hic ostendit quod intellectus indiget sensu... Dicit ergo primo quod quia nulla res intellecta a nobis est praeter magnitudines sensibiles quasi ab eis separata secundum esse, sicut sensibilia videntur ab invicem separata, necesse est quod intelligibilia intellectus nostri sint in speciebus sensibilibus secundum esse, tam illa quae dicuntur per abstractionem, scilicet mathematica, quam naturalia quae sunt habitus et passiones sensibilibus. Et propter hoc sine sensu non potest aliquis homo addiscere quasi de novo acquirens scientiam, neque intelligere quasi utens scientia habita. Sed oportet cum aliquis speculatur in actu, quod simul sormet sibi aliquod phantasma. Phantasmata enim sunt similitudines sensibilibus. # Sed in hoc differunt quia sunt praeter materiam. Nam sensus est susceptivus specierum sine materia, ut supra dictum est. Phantasia autem est motus factus a sensu secundum actum. Patet autem ex hoc falsum esse, quod Avicenna posuit, quod intellectus non indiget sensu, postquam acquisivit scientiam. Manifestum est enim quod postquam aliquis acquisivit habitum scientiae, necesse est ad hoc quod speculetur, quod utatur phantasmate, et propter hoc per laesionem organi impeditur usus scientiae.

792

sim. asposita